

**www.e-rara.ch**

**Concordantiae novae in quatuor libros de imitatione Christi, ad mentem  
sui auctoris ven. Ioannis Gersenis ...**

**Gerson, Jean**

**Augustae Vindelicorum, 1724**

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rm 157,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26442>

H.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## PROPTER

4. 10. 10. Propter aliquam parvam turbationem, vel gravitatem sacramne dimittas Communionem.

## GUBERNACULUM. sine.

1. 13. 20. Sicut navis sine gubernaculo hinc inde à fluctibus impellitur, ita homo remissus &c. variè tentatur.

## GULA. am.

19. 22. Frena gulam, & omnem carnis inclinationem faciliùs frenabis.

## GULOSUS. i.

24. 16. *In inferno* gulosi ingenti siti, ac fame cruciabantur.

## GUTTA am.

4. 12. 14. Si aridum re sentis, insiste orationi &c. nec desistas, donec merearis micam, aut guttam gratiæ salutaris accipere.

## GUTTULA. am.

4. 24. Si mihi non licet haurire de plenitudine fontis &c. apponam tamen os meum ad foramen cœlestis fistulæ, ut modicam inde guttulam capiam ad refocillandam sitim meam.

## H.

## HABILITAS. de.

1. 7. 8. Non placeas tibi ipsi de habilitate, aut ingenio, ne displiceas Deo.

## HABITACULUM. de

4. 12. 4. Si vis, ut veniam ad te &c. expurga vetus fermentum, & munda cordis tui habitaculum

3. 23. 19. Jesu bone &c. e-duc de habitaculo cordis mei tenebras universas.

## HABITATIO.

2. 1. 22. In cœlestibus debet esse habitatio tua.

3. 59. 20. DEUS meus &c. sanctifica animam meam benedictione cœlesti, ut fiat habitatio sancta tua.

## HABITUS.

1. 17. 6. Habitus, & tonsura modicum conferunt; sed mutatio morum, & integra mortificatio passionum, verum faciunt religiosum.

24. 32. *In iudicio* splendet habitus vilis, & obtenebrescet vestis subtilis.

## HÆRES.

2. 3. 23. *Patiens est* amicus Christi, & hæres cœli.

HE-

## HEBETUDO. ß.

1. 23. 3. O hebetudo, & duritia cordis humani, quod solum præsentia meditatur, & futura non magis prævidet!

## HEBRÆUS.

3. 38. 2. Diligenter attendere debes, *an sis verus Hebræus in sortem &c. transiens filiorum Dei?*

## HIEMS.

2. 8. 36. *Post adversa sequuntur prospera, uti post hiemem sequitur æstas.*

## HILARITAS. tem.

3. 22. 15. *Homo in adversis concipiat &c. consolationem, & hilaritatem magnam.*

## HOLOCAUSTUM. in.

4. 7. 18. Offer te ipsum in honorem nominis mei in ara cordis tui holocaustum perpetuum.

10. 29. Beatus, qui se Domino in holocaustum offert, quoties celebrat, aut communicat.

## HOMO

1. 2. 1. Omnis homo naturaliter scire desiderat: sed scientia sine timore Dei quid impertat?

3. 16. Bonus, & devotus homo opera sua prius

intus disponit, quæ foris agere debet.

6. 1. Quodcumque homo aliquid inordinate appetit, statim in se inquietus fit

4. Homo, qui necdum in se perfecte mortuus est, citò tentatur, & vincitur.

12. 6. Deberet se homo in Deo taliter firmare, ut non esset ei necesse, multas humanas consolationes quærere.

7. Quando homo bonæ voluntatis tribulatur &c. tunc DEUM sibi magis necessarium intelligit.

13. 6. In *tentationibus* homo humiliatur, & purgatur & eruditur.

10. Non est homo securus à *tentationibus*, quamdiu vixerit.

20. Sicut navis sine gubernaculo hinc inde à fluctibus impellitur; ita homo remissus &c. variè tentatur.

35. In *tentationibus*, & tribulationibus probatur homo, quantum profecit.

36. Non magnum est, si homo devotus sit, & fer-

fervidus &c. sed si tempore adversitatis patienter se sustinet.

14. 2. In judicando alios homo frustra laborat, sapiens errat, & leviter peccat.

12. Si rationi tuæ magis inmitteris, vel industriæ, quàm virtuti subjectivæ Jesu Christi, raro &c. eris homo illuminatus.

16. 1. Quæ homo in se, vel aliis emendare non valet, debet patienter sustinere, donec DEUS aliter ordinet.

19. 12. Homo proponit, sed DEUS disponit.

20. 6. Quoties inter homines fui, minor homo redii.

21. 5. Mirum est, quòd homo potest unquam perfectè in hac vita lætari qui suum exilium &c. pensat.

17. Utilius est &c. quòd homo non habeat multas consolationes in hac vita.

21. Quando homo est perfectè compunctus, tunc gravis, & amarus est ei totus mundus.

22. Bonus homo suffici-

entem invenit materiam dolendi, & flendi.

22. 7. Dicunt multi imbecilles, & infirmi: ecce quàm bonam vitam ille homo habet, quàm dives! &c.

12. Quòd homo voluerit esse spiritualior, tantò præsens vita fit ei amarior.

15. Valde gravatur interior homo nec essentibus corporalibus in hoc mundo.

23. 2. Hodie homo est, & cras non comparet.

24. 6. Habet magnum, & salubre purgatorium patiens homo.

25. 3. Cur seculum reliquisti? nonne ut Deo viveres, & spiritualis homo fieres?

18. Ibi homo plus proficit &c. ubi magis se ipsum vincit.

49. Quando homo ad hoc pervenit, quòd de nulla creatura consolationem quærit, tunc ei DEUS perfectè sapere incipit.

57. Homo fervidus, & diligens ad omnia est paratus.

2. 1. 40. Homo internus citò se

se recolligit, quia nunquam se totum ad exteriora effundit.

43. Tantum homo impeditur, & distrahitur, quantum sibi res attrahit.
2. 8. Quando homo pro defectibus suis se humiliat, tunc facilliter alios placat.
3. 2. Homo pacificus plus prodest, quam bene doctus.
3. Homo passionatus etiam bonum in malum trahit.
4. Pacificus homo omnia ad bonum convertit.
4. 1. Duabus alis homo sublevatur à terrenis, simplicitate, & puritate.
11. Si est gaudium in mundo, hoc possidet puri cordis homo.
14. Homo integrè ad DEUM se convertens, à torpore exiit, & in novum hominem transformatur.
15. Quando homo incipit tepescere, tunc parvum metuit laborem.
5. 9. Internus homo sui ipsius curam omnibus curis anteponit.

6. 22. Homo videt in facie, DEUS in corde.

23. Homo considerat actus, DEUS verò pensat intentiones.

9. 7. Difficiliter homo exiit à se ipso.

14. Quando homo stat super seipsum, facillè labitur ad consolationes humanas.

44. Datur consolatio divina, ut homo fortior sit ad sustinendum adversa.

10. 9. DEUS bene facit consolationis gratiam dando, sed homo male agit non totum Deo cum gratiarum actione attribuendo.

11. 17. Si dederit homo omnem substantiam suam, adhuc nihil est *sine charitate*.

3. 9. 9. Nihil tibi de bono adscribere debes &c. sed totum da Deo, sine quo nihil habet homo.

10. 27. O jucunda Dei servitus, qua homo veraciter efficitur liber, & sanctus!

13. 5. Citius exterior vincitur inimicus, si interior homo non fuerit devastatus.

16. 12. Devotus homo ubique secum fert consolatorem suum JESUM.
17. 2. Tu cogitas, ut homo; tu sentis in multis, sicut humanus suadet affectus.
20. 14. Robora me, Domine, cœlesti fortitudine, ne vetus homo &c. prævaleat dominari.
28. 5. Sive bene, sive male *homines* interpretari fuerint, non es ideo alter homo.
31. 9. Nisi homo sit in spiritu elevatus, & ab omnibus creaturis liberatus &c. quidquid scit, quidquid habet; non est magni ponderis.
34. 19. Adhuc (prò dolor!) vivit in me vetus homo.
39. 5. Sæpè homo rem aliquam vehementer agitat, quam desiderat; sed cum ad eam pervenerit, aliter sentire incipit.
9. Homo abnegatus valde liber est, & securus.
40. 1. Domine, quid est homo, quòd memor
- sis ejus?
2. Quid promeruit homo, ut dares illi gratiam tuam?
9. Non est homo, qui me consoletur.
12. Ego vanitas, & nihilum ante te, inconstans homo, & infirmus.
42. 6. Tantò homo Deo magis appropinquat, quantò ab omni solatio terreno longiùs recedit.
44. 7. Totus homo ad externa diffluit, & nisi citò respiscat, libens in exterioribus jacet.
45. Quis est homo, qui ita cautè &c. se custodire valet, ut aliquando in aliquam deceptionem &c. non veniat?
21. Omnis homo mendax, infirmus, instabilis *est*.
48. 6. *In hac vita* homo multis peccatis inquinatur.
19. Ego homo infelix mecum pugno &c. dum spiritus sursum, & caro quærit esse deorsum.
38. Beatus homo, qui propter te, Domine, omnibus creaturis li-

- centiam abundi tribuit.
50. 40. Quid est homo inde melior, quia reputatur ab homine major?
52. 17. In vera contritione, & cordis humiliatione &c. tueretur homo à futura ira.
53. 10. Segregatum cor habere ab omnibus, æger *non* capit animus, nec animalis homo novit.
16. Homo semetipsum nimis inordinate diligit.
54. 45. Quotidie novis visitationibus interior homo secundum imaginem Dei reformatur.
57. 14. Homo es, & non DEus.
4. 1. 43. In Sacramento Altaris totus præfens es, DEus meus, homo Christus JESUS.
2. 25. Mira res &c. quòd tu, Domine DEus meus, verus DEus, & homo sub modica specie panis, & vini integer contineris.
34. Ita magnum &c. tibi videri debet, cum celebras &c. ac si eodem die Christus primùm &c. homo factus esset.
3. 17. Nisi succurrat divina medicina, labitur homo ad pejora.
4. 9. Credo, quia tu præfens es hìc in Sacramento, DEus, & homo.
5. 2. Non &c. meritis debetur hominum, quòd homo consecret, & tractet Christi Sacramentum.
7. 21. Si fecerit homo, quod in se est, & verè poenituerit &c. peccatorum suorum non recordabor.
15. 16. Benedicetur homo qui quærit DEum in toto corde suo.
18. 3. Plus valet DEus operari, quàm homo intelligere.
- HOMINIS.
1. 6. 10. Non est pax in corde hominis carnalis.
15. 1. Pro nullius hominis dilectione aliquod malum est faciendum.
22. 10. Non est hominis felicitas, habere temporalia ad abundantiam.
23. 19. Horâ, quâ non putatur, filius hominis venturus est.
24. 3. Quid respondebis Deo,

Deo, omnia mala tua  
scienti, qui interdum  
formidas vultum homi-  
nis irati?

2. 1. 46. Nil sic maculat &c.  
cor hominis, sicut im-  
puras amor in creatu-  
ris.

6. 1. Gloria boni hominis  
testimonium bonæ  
conscientiæ est.

28. Ambulare cum Deo  
intus &c. status est in-  
terni hominis.

9. 10. S. Laurentius &c. a-  
more creatoris amo-  
rem hominis superavit.

12. 44. *Patientia* non est  
hominis virtus, sed gra-  
tia Christi, quæ tanta  
&c. agit in carne fragi-  
li.

3. 7. 9. Non semper est in  
potestate hominis via  
ejus, sed Dei est dare,  
& consolari, quando  
vult.

10. 14. Ecce cœlum, &  
terra, quæ in ministe-  
rium hominis creâsti,  
*Domine*, præsto sunt.

15. Etiam Angelos in  
ministerium hominis  
ordinâsti.

25. 11. *In devotione*, &  
*dulcedine* non consistit  
profectus, & perfectio

hominis.

31. 25. Natura exteriora  
hominis respicit, gra-  
tia ad interiora se con-  
vertit.

39. 8. Verus profectus ho-  
minis est abnegatio sui  
ipsius.

40. 1. Domine, quid est  
&c. filius hominis, quia  
visitas eum?

45. Da mihi auxilium,  
Domine, de tribula-  
tione, quia vana salus  
hominis.

23. Inimici hominis do-  
mestici ejus *sunt*.

53. 10. Animalis homo *non*  
novit interni hominis  
libertatem.

4. 3. 17. Proni sunt sensus  
hominis ad malum ab  
adolescencia sua.

## HOMINI.

1. 8. 1. Non omni homini  
revelas cor tuum.

20. 35. Laudabile est ho-  
mini religioso raro fo-  
ras ire.

22. 14. Comedere, bibere  
&c. magna est afflictio  
homini devoto.

2. 2. 10. DEUS &c. humili  
homini se inclinât.

3. 9. 9. Nihil tibi de bono  
adscribere debes: nec  
alicui homini virtutem

attribuas, sed totum da Deo.

10. 16. Tu ipse, Domine, homini servire dignatus es.

13. 9. Quid magnum est, si tu, qui pulvis es, propter DEUM te homini subdis, quando ego omnipotens &c. me homini propter te subjeci?

15. 5. Non omne desiderium est à Spiritu Sancto, etiam si homini videatur rectum, & bonum.

57. 15. Quomodo tu posses semper in eodem statu virtutis permanere, quando hoc defuit &c. primo homini in paradiso?

4. 13. 13. O amor immensus homini singulariter impensus in instituta SS. Eucharistia!

15. 5. Si semper citò gratia daretur, & pro voto adesset, non esset infirmo homini bene portabile.

#### HOMINEM.

1. 4. 9. Bona vita facit hominem sapientem secundum DEUM.

12. 2. Gravitates, & con-

trarietates &c. sæpè hominem ad cor revocant, quatenus se in exilio esse cognoscat.

13. 21. Ignis probat ferum, & tentatio hominem justum.

16. 18. Occasiones hominem fragilem non faciunt: sed qualis sit, ostendunt.

23. 14. Si vidisti hominem mori, cogita, quia & tu per eandem viam transibis.

2. 1. 36. Amor JESU facit hominem seipsum contemnere.

9. 13. Diu oportet hominem in se ipso certare, antequam discat se ipsum plenè superare.

3. 10. 28. O sacer status religiosi famulatùs, qui hominem Angelis reddidit æqualem!

43. 7. Ego sum, qui doceo hominem scientiam.

49. 21. Oportet te novum induere hominem, & in alterum virum mutari.

54. 44. Gratia hominem de terrenis ad cœlestia amanda sustollit, & de carnali spiritualem efficit.

## O HOMO.

13. 14. Quid habes homo  
inanis conqueri?

## HOMINES.

1. 5. 7. Homines transeunt,  
sed veritas Domini ma-  
net in æternum.

17. 10. In clauſtro proban-  
tur homines, ſicut au-  
rum in fornace.

23. 26. Noli confidere ſu-  
per amicos &c. quia ci-  
tius obliſcentur tui  
homines, quàm æſti-  
mas.

2. 1. 13. Homines citò mu-  
tantur, & deficiunt ve-  
lociter, Chriſtus au-  
tem manet in æter-  
num.

6. 21. Si attendis, quid  
apud te intus ſis, non  
curabis, quid de te lo-  
quantur homines.

9. 35. Sive adſint homines  
boni &c. omnia hæc  
modicum iuvant &c.  
quando deſertus ſum à  
gratia.

3. 12. 8. An putas, quòd ho-  
mines ſæculi huius ni-  
hil &c. patientur? nec  
hoc invenies, etiamſi  
delicatiſſimos quæſie-  
ris.

45. 18. Homines ſumus,  
nec aliud, quàm fragiles

## homines.

58. 4. *Judicia Dei* quidam  
curioſi inquirunt ho-  
mines.

28. Taceant &c. animâ-  
les homines de Sancto-  
rum ſtatu differere, qui  
non nôrunt niſi privata  
gaudia diligere.

38. *Sancti* bene conten-  
tantur, ſi homines ſci-  
rent contentari.

4. 1. 56. Si hoc Sanctiſſimum  
*Altaris Sacramentum*  
in uno tantum celebra-  
retur loco &c. quantò  
putas deſideriò &c. ad  
talem Dei Sacerdotem  
homines afficerentur!

## HOMINUM

1. 4. 6. Ad *Sapientiam* perti-  
net, non quibuslibet  
hominum verbis cre-  
dere.

7. 10. Aliter ſunt *judicia*  
Dei, quàm hominum.

8. 6. *Hominum notitiam*  
deſpice.

10. 1. Caveas tumultum  
hominum, quantum  
potes.

13. 30. Nonnulli fatiſ leni-  
ter tentantur ſecun-  
dum divinæ ordinatio-  
nis ſapientiam &c. quæ  
ſtatim, & merita ho-  
minum penſat.

20. 19. Sæpè meliores in æstimatione hominum graviùs periclitati sunt propter suam nimiam confidentiam.
21. 15. Si non habes favorem hominum, noli ex hoc triftari.
22. 4. Quis est, qui habet omnia secundùm suam voluntatem? nec ego, nec tu, nec aliquis hominum.
23. 42. Vita hominum tanquam umbra pertransit.
24. 26. *In judicio* stabit ad judicandum, qui modò se subjicit humiliter judiciis hominum.
2. 1. 28. Si ad &c. stigmata JESU devotè confugis &c. non multùm curabis despectiones hominum.
42. Qui intus bene dispositus est &c. non curat &c. perversos hominum gestus.
- [6. 13. Bonorum gloria in conscientiis eorum, & non in ore hominum.
7. 12. Citò decipieris, si ad externam hominum apparentiam tantùm aspexeris.
12. 75. Si aliquid melius, &
- utilius saluti hominum, quàm pati fuisset, Christus utique &c. ostendisset.
3. 4. 3. Si veritas te liberaverit &c. non curabis de vanis hominum verbis.
28. 5. Non sit pax tua in ore hominum.
36. 11. Deum time, & hominum terrores non expavesces.
38. 8. Moyses recursum habuit ad tabernaculum pro &c. periculis, & improbitatibus hominum sublevandis.
40. 19. Nihil mihi attribuat de laudibus hominum.
41. 2. Erige cor tuum ad me in cælum, & non contristabit te contemptus hominum in terris.
42. 5. Mortuus debes esse talibus affectionibus dilectorum hominum.
43. 1. Fili non te moveant &c. subtilia hominum dicta.
46. 9. Audi verbum meum, & non curabis decem millia verba hominum.
17. Testimonium hominum

num sæpè fallit.

25. Sæpè in oculis meis reperitur culpabile, quod hominum iudicio creditur laudabile.
26. Domine Deus &c. qui hominum nôstî fragilitatem &c. esto robur meum.
49. Erunt alii magni in ore hominum, de te autem tacebitur.
50. 37. Non me sinas, Domine, secundùm &c. auditum aurium hominum imperitorum sententiare.
39. Falluntur sæpè hominum sensus in iudicando.
41. 28. Ego infelix, & pauperimus hominum, quomodò te Domine in domum meam introducam?
41. Ecce tu præsens es hîc apud me in Altari, Deus meus &c. Creator hominum.
42. Sæpè in sacris videntis curiositas est hominum.
2. 10. O dulcissime JESU, quanta tibi &c. gratiarum actio &c. pro susceptione Sacri Corporis tui debetur, cujus

dignitatem nullus hominum explicare potens invenitur?

35. Ita magnum &c. tibi videri debet, cum celebras, ac si eodem die Christus &c. in cruce pendens pro salute hominum pateretur.
5. 2. Non meritis debetur hominum, quòd homo consecret, & tractet Christi Sacramentum.
13. Sacerdotis conversatio debet esse non cum &c. communibus hominum viis, sed cum Angelis in cælo.
11. 30. Gratias tibi Creator, ac Redemptor hominum, qui &c. cœnam parâsti magnam.
- HOMINIBUS
1. 7. 11. Aliter sunt iudicia Dei, quàm hominum, cui sæpè displicet, quòd hominibus placet.
19. 1. Religiosus sit talis interiorius, qualis videtur hominibus exteriorius.
3. 28. 7. Qui non appetit hominibus placere &c. multa perfruetur pace.
46. Vivit adhuc in te mundus, & vanus amor placendi hominibus.

## HOMINES

1. 20. 35. Laudabile est homini religioso, raro foras ire &c. nolle homines videre.
21. 12. Si tu scis homines dimittere, ipsi bene te dimittent tua facta facere.
3. 46. 5. Quare tam parva tibi ad cor transeunt, nisi quia adhuc &c. homines magis, quam oportet, attendis?
50. 21. Utile mihi est, quod confusio cooperuit faciem meam, ut te potius *Domine*, quam homines ad consolandum, requiram.

## A

3. 19. 12. Verus patiens non attendit, à quo homine &c. exerceatur.
36. 10. Quis tu, ut timeas à mortali homine?
54. 1. Motus naturæ, & gratiæ &c. vix nisi à spiritali, &c. illuminato homine discernuntur.

## Ab

19. 8. Nec dicas: non valeo hoc ab homine tali pati.
43. 7. Ego sum, qui doceo hominem scientiam, & clariorem &c. quam ab

homine possit doceri.

50. 41. Quid est homo inde melior, quia reputatur ab homine major?
1. 12. 5. Tunc melius interiore testem Deum quærimus, quando foris vilipendimur ab hominibus.
2. 1. 29. Christus fuit in mundo ab hominibus despectus &c. & tu audes de aliquo conqueri?
38. Cui sapiunt omnia &c. hic verè sapiens est, & doctus magis à Deo, quam ab hominibus.
6. 11. Brevis gloria, quæ ab hominibus datur &c. mundi gloriam semper comitatur tristitia.
3. 43. 9. Væ eis, qui multa curiosa ab hominibus inquirunt.
45. 23. Quam prudenter, *Domine*, præmonuisti cavendum ab hominibus.
27. Ab &c. incautis hominibus protege me, *Domine*, ne in manus eorum incidam.
- AD
2. 8. 34. Quando gratia Dei venit ad hominem, tunc

tunc potens fit ad omnia.

4. 1. 57. In multis locis offertur Christus, ut tantò major appareat &c. dilectio Dei ad hominem.

## CORAM

3. 50. 15. Pater perpetuò venerande, venit hora &c. ut ad modicum tempus &c. servus tuus &c. deficiat coram hominibus &c. ut iterum tecum in aurora novæ lucis resurgat.

## CUM

2. 1. 7. Frequens *Christi* visitatio est cum homine interno.

## IN

4. 14. Homo integrè ad Deum se convertens à torpore exiit, & in novum hominem transmutatur.
3. 55. 5. In omnes homines poena *originalis* maculæ descendit.
1. 6. 10. Non est pax &c. in homine exterioribus dedito; sed in fervido, & spiritali.
7. 9. Non te reputes aliis meliorem, ne fortè coram Deo deterior habearis, qui scit, quid

est in homine.

19. 12. Homo proponit, sed Deus disponit, nec est in homine via ejus.
2. 1. 15. Non est magna fiducia ponenda in homine fragili, & mortali, etiamsi utilis fit.
8. 30. Sit Jesus in te, & in omni bono homine.
3. 27. 17. Da, *Domine*, virtutem corroborari in interiori homine,
1. 7. 1. Vanus est, qui spem suam ponit in hominibus.

2. 1. 12. *Christus* erit fidelis procurator in omnibus, ut non sit opus in hominibus sperare.

7. 10. Penè totum perditum invenies, quidquid extra Jesum in hominibus posueris.

3. 35. 9. Quære veram pacem &c. non in hominibus, nec in cæteris creaturis, sed in DEO solo.

45. 4. Vana spes est in hominibus, salus autem justorum in te Deus.

## INTER

1. 10. 3. Vellem me pluries tacuisse, & inter homines non fuisse.

20. 6. Quoties inter homi-

nes

nes fui , minor homo  
redii.

3. 47. 16. O si vidisses San-  
ctorum in cœlo coro-  
nas &c. pro nihilo inter  
homines computari ,  
maximum lucrum du-  
ceres!

4. 17. 9. *Joannes Baptista*  
cernens inter homines  
JESUM ambulantiem  
&c. devoto cum affec-  
tu dicebat &c.

## PER

3. 55. 5. Naturâ per primum  
hominem Adam lapsâ  
&c. in omnes homines  
pœna hujus maculæ  
descendit.

## SECUNDUM

2. 12. 45. Non est secundum  
hominem crucem por-  
tare.

3. 55. 9. Deus meus &c. con-  
delector legi tuæ secun-  
dum interiorem homi-  
nem, sciens mandatum  
tuum fore bonum.

22. 14. Pro magno reputo  
beneficio, non multa  
habere, unde exterius,  
& secundum homines  
laus, & gloria apparet.

## HOMUNCIO. nem.

4. 9. 15. Offero tibi, *Domine*,  
omnia bona mea &c. ut  
&c. ad beatum, ac lau-

dabilem finem me pig-  
rum, & inutilem ho-  
muncionem perducas.

## HONOR

1. 16. 4. Si quis semel, aut bis  
admonitus non acquies-  
cit, noli contendere,  
sed totum Deo com-  
mitte, ut fiat voluntas  
ejus, & honor in omni-  
bus tervis suis.

3. 10. 23. Magnus honor  
&c. tibi, *Domine*, servi-  
re, & omnia propter te  
contemnere.

15. 2. *Domine*, si fuerit  
honor tuus, fiat hoc in  
nomine tuo.

11. Fac mecum sicut  
fcis, & sicut tibi magis  
placuerit, & major  
honor tuus fuerit.

40. 23. Omnis honor tem-  
poralis, omnis altitudo  
mundana æternæ glo-  
riæ comparata vanitas  
est, & stultitia.

24. O &c. Trinitas bea-  
ta! tibi soli laus, honor,  
virtus &c.

41. 6. Mihi &c. debetur  
confusio, & contem-  
ptus; tibi autem *Domine*,  
laus, honor, & gloria.

50. 3. Tu solus &c. gau-  
dium meum, & honor  
meus, *Domine*.

## HONORIS

1. 3. 34. Verè magnus est, qui &c. pro nihilo omne culmen honoris ducit.

3. 22. 23. Voluntas tua, & amor honoris tui, *Domine*, omnia excedere debet.

27. 12. *Abdicationem rerum* non tantùm de censu æris &c. intelliges, sed de honoris etiam ambitu.

43. 13. Ego doceo &c. sine fastu honoris.

4. 7. 1. Cum plena fide, & intentione honoris Dei, ad hoc *Altaris Sacramentum* celebrandum &c. oportet Dei accedere Sacerdotem.

## HONOREM

3. 7. 29. Merita ex hoc sunt existimanda, *an* DEI honorem purè, & in regrè *homo* quærat.

54. 11. Natura libenter honorem, & reverentiam accipit.

12. Gratia verò omnem honorem &c. Deo fideliter attribuit.

41. *Gratia* docet &c. Dei laudem, & honorem quærere.

4. 10. 26. *Devotè communi-*

*cans* magis laudem Dei, & honorem prætere-  
re debet, quàm suam  
consolationem quære-  
re.

## HONORE

3. 10. 20. Tu es, *Domine*, dignus omni servitio, omni honore, & laude æterna.

## HONORIBUS

1. 18. 13. *SS. Patres* omnibus &c. honoribus renuntiabant.

## HONORES

1. 14. Vanitas est, honores ambire, & in altum se extollere.

2. 12. 46. Non est secundùm hominem &c. honores fugere.

3. 43. 14. Ego sum, qui doceo &c. honores fugere.

## AD

1. 3. 14. Purus, simplex, & stabilis spiritus &c. omnia ad Dei honorem operatur.

3. 2. 22. Loquere mihi, *Domine* &c. ad totius vitæ meæ emendationem, tibi autem ad laudem &c. perpetuum honorem.

15. 3. *Domine*, si mihi &c. utile esse probaveris;

tunc

tunc dona mihi hoc uti  
ad honorem tuum.

4. 2. 29. *Conserua, Domine,*  
cor meum, & corpus  
immaculatum, ut &c.  
sepiùs tua valeam ce-  
lebrare mysteria, quæ  
ad tuum præcipuè ho-  
norem &c. instituisti.

15. 17. *Amans anima* non  
respicit ad propriam  
devotionem &c. sed ad  
Dei gloriam, & hono-  
rem.

3. 30. 33. *Apostolos* mihi &c.  
non ad honores, sed ad  
despectiones.

CUM

4. 17. 6. *Domine DEus* me-  
us &c. cum tali &c.  
laude, & honore te af-  
fecto suscipere, sicut te  
suscepit &c. sanctissima  
Mater tua.

IN

7. 18. Offer te ipsum in ho-  
norem nominis mei in  
ara cordis tui holocaustum  
perpetuum.

3. 49. 44. In tui ipsius gaude  
contemptu, & in mei  
solius beneplacito, ac  
honore.

5. 24. 47. Si &c. semper in  
honoribus, & volupta-  
tibus vixisses; quid ro-  
tum tibi profuisset, si

jam mori contingeret.

PRO

2. 9. 3. Magnum est &c. pro  
honore Dei libenter  
exilium cordis velle  
sustinere.

3. 3. 13. *Prò pudor!* &c. pro  
summo honore, & glo-  
ria interminabili, vel  
ad modicum fatigari  
pigritatur!

49. 8. *Imperfecti in tenta-  
tione* non purè pro ho-  
nore Dei agunt.

PROPTER.

11. 3. Considera, an prop-  
ter honorem meum,  
an propter tuum com-  
modum magis movea-  
ris.

SUPER

21. 2. Da mihi &c. aman-  
tissime JESU in te &c.  
requiescere super om-  
nem gloriam, & hono-  
rem.

HORA.

1. 18. 11. *Omnis hora SS.*  
*Patribus* ad vacandum  
Deo brevis videbatur.

20. 38. Trahunt desideria  
sensualitatis ad spatian-  
dum: sed cum hora  
transierit, quid nisi gra-  
vitatem conscientiaë  
&c. reportas?

23. 20. Quando illa extre-

ma

ma hora venerit, aliter  
sentire incipies de tota  
vita tua præterita.

24. 21. *In inferno* erit una  
hora gravior in pœna,  
quàm hic centum anni  
in gravissima pœnitentia.

2. 8. 6. Felix hora, quando  
JESUS vocat de lacry-  
mis ad gaudium spiri-  
tus!

9. 4. Quid magni est, si hi-  
laris sis, & devotus ad-  
veniente gratia? opta-  
bilis cunctis hæc hora  
*est.*

20. Esto &c. cautior, &  
timorator in cunctis  
actibus tuis; quoniam  
transibit hora illa, & se-  
quetur tentatio.

3. 21. 21. Veni, O JESU, ve-  
ni: quia sine te nulla e-  
rit læta dies, aut ho-  
ra.

34. 17. Quando veniet  
hæc beata, & desidera-  
bilis hora, ut tuâ me fa-  
ties præsentia?

47. 5. Venit una hora,  
quando cessabit omnis  
labor, & tumultus.

49. 15. Jam velles esse in  
libertate gloriæ filio-  
rum Dei &c. sed non-  
dum venit hora ista.

50. 12. Pater juste, & sem-  
per laudande, venit ho-  
ra, ut probetur servus  
tuus.

14. Pater perpetuo ve-  
nerande, venit hora &c.  
ut ad modicum tempus  
succumbat foris servus  
tuus, vivat *verò* semper  
apud te *intus.*

## HORAM.

1. 22. 24. Noli, frater, amit-  
tere confidentiam pro-  
ficiendi ad spiritualia,  
adhuc habes tempus, &  
horam.

23. 13. Beatus, qui horam  
mortis suæ semper ante  
oculos habet.

32. Veniet tempus, quan-  
do unum diem, seu ho-  
ram pro emendatione  
desiderabis, & nescio,  
an impetrabis.

4. 1. 28. Quomodo te, Do-  
mine, in domum meam  
introducam, qui vix  
mediam expendere de-  
votè novi horam?

## HORA

1. 23. 19. Horâ, qua non pu-  
tatur, filius hominis  
venturus est.

2. 12. 32. Nec JESUS Chris-  
tus &c. unâ horâ sine  
dolore passionis fuit.

3. 37. 5. Domine, quoties  
me

me resignabo? &c. femper, & omni horâ.

50. 13. Pater amande, dignum est, ut hac horâ patiatur pro te aliquid servus tuus.

4. 1. 23. Noë &c. in arcæ fabrica centum annis laboravit, ut cum paucis salvaretur: & ego quomodò me potero unâ horâ præparare, ut mundi fabricatorem cum reverentia fumam?

10. 25. Potest quilibet devotus omni die, & omni horâ ad spiritualem Christi Communionem &c. accedere.

AB

3. 18. 3. Ab horâ crûs mei ulque ad exitum in cruce non defuit mihi tolerantia doloris.

EX

29. 5. Salvifica me, Pater dilecte, ex hac hora.

IN

6. Propterea veni in hanc horam, ut tu clarificeris, cum fuero valde humiliatus

1. 23. 34. Stude taliter vivere, ut in hora mortis valeas potius gaudere, quàm timere.

4. 7. 13. Dole, quòd adhuc sis &c. tam negligens in horis persolvendis.  
Post

1. 22. 35. Nunc proponis cavere, & post horam agis, quasi nihil proposuisses.

USQUE AD

4. 9. 5. Domine, offero tibi omnia peccata, & delicta mea, quæ commisi &c. à die, quo primùm peccare potui usque ad horam hanc &c. ut tu omnia comburas igne charitatis tuæ.

HORROR. em.

1. 25. 16. Multos à profectu, & ferventi emendatione retrahit horror difficultatis

3. 6. 17. Dæmon multas malas cogitationes ingerit, ut tædium tibi faciat, & horrorem, ut ab oratione revocet, & lectione.

HOSPES. tem.

1. 23. 49. Serva te tanquam peregrinum, & hospitem super terram.

4. 3. 24. O felix mens &c. quæ te Dominum meretur devotè suscipere &c. ô quàm dilectum inducit hospitem!

HOS-

## HOSPITIUM. iô.

1. 32. Non Angelum, sed Angelorum Dominum suscepturus sum hospitio.

## HOSTIA. as.

27. Salomon &c. mille hostias pacificas obtulit.

9. 19. Offero tibi, Domine, preces, & hostias placationis pro illis specialiter, qui me in aliquo læserunt.

## INTER

4. 1. 34. Est valde magna distantia &c. inter legalia illa sacrificia futurorum præfigurativa, & veram Corporis tui hostiam, Domine.

## HOSTIS

1. 13. 23. Vigilandum est præcipuè circa initium tentationis: quia tunc facilius hostis vincitur.

26. Ingreditur hostis malignus ex toto, dum illi non resistitur in principio.

27. Et quanto diutius ad resistendum quis torpuerit, tanto &c. hostis contra eum fit potentior.

3. 13. 6. Non est molestior, & pejor animæ hostis,

quàm tu ipse tibi.

39. 10. Antiquus hostis &c. à tentationibus non cessat: sed die noctuque graves molitur infidias, si in laqueum deceptionis possit præcipitare incautum.

## HOSTES

2. 9. 47. Non cesses te præparare ad certamen: quia à dextris, & à sinistris hostes sunt, qui nunquam quiescunt.

## HOSTIBUS

1. 13. 15. Per patientiam, & veram humilitatem omnibus hostibus efficiamur fortiores.

3. 20. 16. Heu qualis est hæc vita &c. ubi plena laqueis, & hostibus sunt omnia?

55. 25. Gratia cunctis hostibus potentior est, & sapientior universis sapientibus.

## AB

2. 12. 7. In cruce protectio est ab hostibus.

## INTER

3. 35. 2. Inter hostes versaris, & à dextris, & à sinistris impugnaris.

## HUMANITAS. cum.

4. 3. 22. O mira circa nos tuæ pietatis dignatio, quòd

- tu Domine Deus &c. ad pauperulam digneris venire animam, & cum tota divinitate tua, ac humanitate ejus impinguare efuriam!
- HUMILIATIO.** nes.
3. 21. 26. Humiliatio tua, & contritio cordis inclinauerunt me.
35. 10. Pro amore Dei debes omnia libenter subire &c. humiliaciones, confusiones &c.
- HUMILIS.**
3. 2. 12. Humilis accepta confusione satis bene est in pace.
- HUMILI**
10. Humili homini se inclinat Deus: humili largitur gratiam magnam, & post suam depressionem levat ad gloriam.
11. Humili Deus sua secreta revelat, & ad se dulciter trahit.
- HUMILEM**
9. Humilem Deus protegit, & liberat, humilem diligit, & consolatur.
- HUMILIBUS**
4. 18. 18. Deus revelat se humilibus.
- HUMILES**
1. 7. 5. Deus humiles adjuvat.
3. 22. 16. Tu, Deus, pauperes, & humiles &c. tibi elegisti in familiares.
- CUM**
1. 7. 14. Jugis pax cum humili est.
3. 25. 3. Pax mea cum humilibus, & mansuetis corde est.
4. 13. 9. Cum humilibus, & simplicibus sermo tuus est Domine.
- HUMILITAS**
3. 57. 1. Fili, magis placent mihi patientia, & humilitas in adversis, quam multa consolatio, & devotio in prosperis.
4. 2. 7. Quod digneris, Domine, ad me venire in SS. Altaris Sacramento, propter te ipsum hoc facis, ut &c. humilitas perfectius commendetur.
- HUMILITATIS**
10. 21. Si quis a Sacra Communionem interdum abstinere humilitatis gratiam &c. laudandus est de reverentia.
11. 41. Concede nobis, Domine, dignè flere mala, quæ gessimus, & in spiritu humilitatis &c.

&c. tibi ferventiùs de-  
servire.

## HUMILITATEM

1. 7. 12. Si aliquid boni ha-  
bueris, crede de aliis  
meliora, ut humilita-  
tem conserves.

3. 20. 6. Vide, Domine, hu-  
militatem meam, & fra-  
gilitatem tibi undique  
notam.

## HUMILITATE

1. 1. 7. Quid prodest tibi, al-  
ta de Trinitate dispu-  
tare: si careas humilita-  
te, unde displiceas Tri-  
nitati?

3. 7. 28. Merita sunt ex hoc  
existimanda, si quis &c.  
verâ fuerit humilitate  
fundatus.

13. 10. Factus sum omnium  
humillimus, & infimus,  
ut tuam superbiam meâ  
humilitate vincerem.

36. 8. *Paulus* patientiâ, ac  
humilitate contra ora  
loquentium iniqua &c.  
se defendit.

## A

2. 3. 14. Vide, quàm longè es  
adhuc à vera charitate,  
& humilitate, quæ nul-  
li novit irasci.

## AD

1. 12. 4. *Adversa* sæpè ju-  
vant ad humilitatem, &

à vana gloria nos de-  
fendunt.

2. 2. 7. Valde prodest ad ma-  
jorem humilitatem ser-  
vandam, quòd defec-  
tus nostros alii sciunt,  
& redarguunt.

3. 13. 18. Pepercit tibi ocu-  
lus meus &c. ut ad ve-  
ram subjectionem &  
humilitatem te jugiter  
dares.

## CUM

2. 9. 21. Cum humilitate, &  
patientia expecta cœ-  
lestem visitationem.

3. 3. 3. *Verba mea sunt cum*  
omni humilitate, atque  
magno affectu susci-  
pienda.

7. 17. Melius est sapere  
modicum cum humili-  
tate &c. quàm magni  
scientiarum thesauri  
cum vana complacen-  
tia.

15. 2. Cum timore, & cor-  
dis humilitate deside-  
randum est, quidquid  
desiderabile menti oc-  
currit.

4. 7. 1. Cum summa humili-  
tate cordis &c. ad hoc  
*Altaris* Sacramentum  
celebrandum &c. oportet  
Dei accedere Sa-  
cerdotem.

IN

3. 6. 30. Sit tibi in cautelam,  
& perpetuam humilitatem  
ruina hæc superborum  
de se stultè præfumentium.

1. 18. 19. In vera humilitate  
SS. Patres stabant.

3. 49. 4. *Proposuitum servien-*  
*di Deo* accipis sola dig-  
natione supernæ gra-  
tiæ &c. quatenus in  
virtutibus, & majori  
humilitate proficias.

58. 12. Pax magis in hu-  
militate vera, quàm  
in propria exaltatione  
consistit.

PER

1. 13. 15. Per patientiam, &  
veram humilitatem  
omnibus hostibus effi-  
cimur fortiores.

HYMNUS. i.

2. 9. 35. Sive adsint &c. dul-  
ces cantus, & hymni,  
omnia hæc modicum  
juvant, &c. quando  
desertus sum à gratia.

I.

JACULUM. a.

3. 45. 14. *Si fortis forem,*  
non tam facilè &c. me  
verborum jacula mo-  
verent.

JANUA.

58. 50. Humilis janua reg-  
ni cœlestis *superbos* non  
admittet intrare.

JANUAS

23. 16. Ego &c. aperiam  
januas carceris.

AD

57. 5. Cùm ad januam tuam  
venit repentina tribu-  
latio, deficiis consiliò,  
& robore.

JEJUNIUM in.

1. 18. 3. Amici Christi Do-  
mino servierunt &c. in  
vigiliis, & jejuniis.

JERUSALEM.

3. 43. 11. *In die judicii Chris-*  
*tus* scrutabitur Jerusa-  
lem in lucernis.

JESUS.

1. 25. 24. O si JESUS cracifi-  
xus in cor nostrum ve-  
niret, quàm citò docti  
essemus!

2. 7. 2. Oportet dilectum  
propter dilectum om-  
nia relinquere, quia Je-  
sus vult solus super om-  
nia amari.

9. Si scires te bene ab  
omni creatura evacua-  
re, JESUS vellet libenter  
tecum habitare.

8. 1. Quando JESUS adest,  
totum bonum est, nec  
quid-